nem ad Ecclesia auferat, transferatque in Senatum & Sæculares Magistratus, p. 277. 278. n. 14.

Arnobius.

Arnobius ex gentili Rhetore Christianus, p. 44. 45.

Arnulfus.

Arnulfus Germaniæ Rex Romam ridiculo eventu lepusculi perterrefacti expugnat, p. 230. n. 26.

Arnulfus Carolomanni filius nothus, ex Caroli Magni progenie ultimus Germanorum Rex, Carolum Crassum, quem Odonis seu Eudonis factio Franciæ regno expulerat, quotidiano & precario victu alit. Idemque accitus a Formoso Papa pessime habito a Vidone Spoletano Duce, Italiæque tyranno, quem Formosus ipse coronaverat, & proclamarat Imperatorem, quique Romam tyrannide premebat, in Italiam potenti exercitu succinctus advenit: Romam obsidione capit, indeque Vidonis uxorem & Sergium factionis Ducem exigit, p. 256. num. 6. & seq.

Artaxerxes.

Artaxerxes Persa ter acie cæsis Parthis, eorumque interfecto Rege Artabano, Persarum, qui hactenus Parthis subjecti fuerant, vetus regnum instaurat, p. 44. n. 30.

Athanasius.

Athanasius in Tyrio Conciliabulo nequiter damnatus, Treviris exulat, pag. 59. n. 14. Ab exilio reducitur Alexandriam a Constantino juniore. Hinc denuo pellitur per Conciliabulum Antiochenum, & ne qua spes restitutionis superst, Gregorium Cappadocem armata vi Ariani in Alexandrina Sede constituunt, *ibid.* Urgente Constante tertiogenito Constantini Magni filio, Sardicæ in Mysia Synodus generaliter convocatur, cujus decreto Athanasius restituitur, cui, metu fraterni belli, Constantinus se simulat consentire, suamque resumit Ecclesiam Athanasius. Sed amota per Constantis obitum formidine, Constantinus duobus fratribus sine prole defunctis superstes, receptoque ex asse Imperio liberius cum suis Arianis debacchatur, & Athanasius ad necem conquisitus clam dilabitur, latetque ad mortem usque Constantii, cui succedens Julianus Athanasium initio Imperii sui, aliosque ab exiliis revocat. Sed paulo post, Juliano jubente, cogitur denuo exulare. At mortuo perfido Principe in pristinam Ecclesiam a Religiosissimo Imperatore Joviniano reducitur Athanasius, *ibid.* Moritur demum Alexandriæ, lectu decumbens, quo tempore Valens Arianus post obitum Christianissimi Joviniani in Oriente dominabatur, & Lucium Arianum Alexandrinæ Ecclesiæ præficerat, p. 61. n. 30.

De Athanasii persecutionibus & certaminibus, vide passim in Concilio Nicæno & subsequentibus Arianorum historiis.

Athanasius an sit auctor Symboli, quod ipsius nomine circumfertur, p. 38.

Avenionense Concilium I.

Avenionense Concilium Provinciale ann. 1270. cui præsedit Archiepiscopus Arelatensis, antequam Ecclesia Avenionensis in Metropolim erecta esset, eique assederunt suffraganei Episcopi Cavellicensis, Carpentoratensis, Avenionensis, Vasionensis, Arausicensis, & Tricastinus, p. 330.

Can. 1. Ut alienationes bonorum Ecclesiæ, sine consensu Episcopi factæ, revocentur, *ibid.*

Can. 2. Legata pia incerta qua ratione ab executoribus distribuenda sint, *ibid.*

Can. 3. Ut Archiepiscopus & Suffraganei Episcopi sibi invicem in sententiis servandis & publicandis auxilium præstent, *ibid.*

Can. 4. Ut qui habent personatus vel curata beneficia, Presbyteri fiant intra annum, nisi cum illis ex juxta causa dispensetur, *ibid.* & p. 291. can. 3. p. 324. can 13. & p. 410. can. 12.

Can. 5. Ut factæ in Legatos Apostolicos expensæ de contributione Ecclesiarum persolvantur, p. 330.

Can. 6. Ut personatibus & dignitatibus Ecclesiasticis certi reditus assignentur, *ibid.*

Can. 7. Ne Religiosi vel Clerici requirant defensionem sæcularem contra Episcopos *ibid.*

Can. 8. Ne Clericus Episcopum vel alium Præpositum offendat, *ibid.*

Avenionense Concilium II.

Alterum Avenionense Concilium trium Provinciarum, scilicet Arelatensis, Aquisextiensis & Ebrodunensis Avenione celebratum in Monasterio Sancti Ruffi anno 1326. sub Archiepiscopis Gasberto Arelatensi, Jacobo Aquensi, & Bertrando Ebrodunensi cum Suffraganeis suis, p. 340.

Can. 2. Indulgentiæ conceduntur illis, qui Corpus Christi devote comitabuntur, dum ad ægrotos defertur, *ibid.*

Can. 16. Ut excommunicati ad publica officia non admittantur, eorumque acta sint ipso jure irrita, *ibid.* & p. 343. n. 8.

Can. 17. Ne venena vendantur nisi prius admonita curia Ordinarii, ut si veneficium postea contingat, sciatur ejus auctor. Et ne pharmaca pro abortu vel morte præbeantur, quorum si auctor Clericus fuerit, præter alias pœnas, quas ipso facto incurrit, officio quoque vel beneficio spolietur, p. 341.

Can. 19. Ut Abbates suis Episcopis, & Monachi suis Abbatibus sint subjecti: & cuncti subdantur censuris & excommunicationibus latis ab Episcopo, *ibid.*

Can. 20. Ut relicta in ultimis voluntatibus ad pias causas, vel faciendæ restitutiones non occultentur, rogandum esse Parochum, ut ordinationi testantis interfit: aut ut Notarius intra dies octo post disponentis obitum copiam illius articuli, ubi quædam eleemosyna piis usibus est deputanda, vel quædam est facienda restitutio, exhibere teneatur sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurret, si Officiali non exhibuerit, *ibid.*

Can. 28. Si in beneficii collatione novus census imponatur, aut vetus augeatur, irrita erit collatio, sed per alium superiorem absque onere reparabitur, *ibid.*

Can. 29. In Ecclesiis per Monachos gubernari solitis Priores earum intra sex menses perpetuos Presbyteros diœcesanis præsentent ad curam examinandos, qui etiam illis congruam portionem assignabunt, *ibid.*

Can. 30. Si patronus, qui solus jus habet præsentandi, conferat Beneficium, jus præsentandi pro hac vice amittet, Prælatus vero absolute conferet hac vice alteri, *ibid.*

Can. 58. Ut priores Ecclesiarum & Hospitalium faciant publicum inventarium, quod penes loci cartularium deponatur de omnibus immobilibus & mobilibus bonis, scilicet instrumentis, chartis & titulis, de vasis æneis, ferreis, stanneis & vinariis intra sex menses ab initio sumpti regiminis. Et qui hæc neglexerit, in decima fructuum beneficii propriæ Ecclesiæ applicanda per Ordinarium plectatur, *ibid.*

His subjicitur mentio alterius trium Provinciarum Sinodi Avenione habitæ in Monasterio pariter Sancti Ruffi Ordinis S. Augustini anni 1347. & de jejunio Sabbati, *ibid.* 342.

Avenionense Concilium III.

Alterum Avenionense Concilium, cui præsedit Franciscus Maria Taurusius Archiepiscopus Avenionensis, promotus postea in album Cardinalium, celebratum anno 1594. Ille Synodum auspicatus est ab Episcoporum officio, ut considerent se Pastores a Deo constitutos esse, ut præcipuam subditorum salutis solicitudinem gerant, seque ipsos verbo & exemplo omnium virtutum specimen exhibeant, quod illi imitentur pag. 442.

Deinde prospexit, ut minimum in singulis diœcesibus testes Synodales constituant, quorum munus sit, ut non perfunctorie sed diligentissime conquirant de Ordinandorum ætate, natalibus, irregularitatibus, aut circa illas dispensationibus. Item de titulo sive patrimonii, sive pensionis aut beneficii sufficienti, de scientia quoque & moribus. Nullus examinatorum privatim notificet, de quibus rebus sit interrogaturus, vel quidnam sit respondendum, *ibid.*

Tit. de Sacramento Pœnitentiæ. Ut Episcopi Lectiones instituant de casibus conscientiæ, & collationes, ad quas Parochi ceterique Præsbyteri conveniant quibus præficiatur vir cordatus & doctus, p. 443.

Tit. de Missæ Sacrificio. Ne ad Missam celebrandam quisquam alienæ diœcesis nisi cum literis dimissoriis admittatur, *ibid.*

Tit. de vita & honest. cler. Clericis interdicit aleam, ludos taxillorum, & pagellas lusorias & artem medicam, ne sint ludorum spectatores, *ibid.*

Tit. de Capitulo & Canonicis: Ut nihil detur pro beneficiorum electione vel collatione, vel pro installatione ac missione in possessionem, *ibid.* Vide tertii Lateran. Concilii can. 7. p. 291. & Trident. sess. 24. cap. de refor. 18. p. 410. 411. Item c. veniens, &c. Jacobus de Simonia.

Tit. De horis Canonicis. Ut Canonici devote Officiis Divinis interfint, ne quid eorum in choro privatim recitent, ne colloquantur, ne libros aut literas legant, indecore sedeant, ne oculis divagentur p. 411.

Tit. de officio Parochi. Ut sit solicitus de Parochiæ pauperibus, de ægrotis, de puellis nubilibus, de viduis, senibus, eisque caritatis officia procuret ac impendat. *ibid.*

Tit. de Quadragesima. Ut canonici concionibus interfint. *ibid.*

Tit. de foro Episcopi. Ut excommunicationum literæ pro re criminosa aut infamiam ingerente, pro re omnino occulta, pro rebus passim deperditis, aut pro re levis momenti, qualem determinat eam, quæ viginti aureorum summam non excedit, non expediantur, p. 443.

Aurea Virgo.

Aurea Virgo apud ostia Tiberina Martyr sub Alexandro, p. 41.

Aurelianense Concilium I.

Aurelianense Concilium I. sub Symmaculo Roman. Pont. & Clodovæo Francorum Rege anni 521. p. 170. 171.

Cap. 1. De Ecclesiarum immunitate & domus Episcopalis, ne abstrahantur rei ad illas confugientes etiam homicidæ, p. 171.

Can. 4. Ne quis clero initietur absque Regis vel judicis assensu, *ibid.*

Can. 5. De oblationibus & agris a Rege collatis, vel deinceps conferendis, ut sint immunes, nec impendantur nisi ad Ecclesiarum structuram, & ad Sacerdotum alimoniam & captivorum redemptionem, *ibid.*

Can. 7. Ne Abbates, Presbyteri, aliique Clerici sine commendatitiis Episcoporum ad aulam Principis pro petendis Beneficiis accedant. Si quis secus faciat, officii sui honore privetur, donec plene per pœnitentiam satisfecerit. *ibid.* Vide Concilii Sardicensis can. 7. vel 8. Ne ipsis quidem Episcopis permittit in aulam proficisci absque dimissoriis Metropolitani vel Concilii Provincialis, p. 96.

Can. 17. Ut omnes Ecclesiæ constructæ seu construendæ subjiciantur Episcopo loci. Vide ibidem similia jura, p. 172.

Can. 18. Ne superstes frater defuncti fratris viduæ copuletur. Et ne quis amissæ uxoris sororem ducat, *ibid.*

Can. 19. Abbates Episcopis sint subjecti. Et si quid contra regulam deliquerint, ab Episcopis corrigantur, *ibid.* Similiter de Monachis respectu Abbatum. Vide p. 387.

Can. 25. Ut nemo civis solemnia Christi Nativitatis, Paschæ & Pentecostes in villis audeat celebrare *ibid.*

Can. 26. Ut ante Paschalem solemnitatem non Quinquagesima sed Quadragesima teneantur, *ibid.*

Can. 29. De Litaniis & Rogationibus ante Ascensum Domini præmittendis cum triduano jejunio. *ibid.*

Aurelianense Concilium III.

Alterum Aurelianense Concil. III. anni 538. pag. 185.

Can. 1. De Provinciali Concilio singulis annis convocando a Metropolitano. *ibid.*

Can. 2. Ut Subdiaconi & ultra a nuptiis abstineant, & uxorati nunquam deinceps suis misceantur uxoribus. *ibid.*

Can. 20. Clericus qui se putat a suo Episcopo oppressum, ad Synodum recurrat, *ibid.*

Can. 22. Qui sciens res Ecclesiæ vel Sacerdotis occupaverit, aut retinet, tandiu a communione Ecclesiastica suspendatur, donec Ecclesiam vel Sacerdotem reddiderit immunem. Simile ibi decernitur de illo qui relictas Ecclesiæ oblationes retinet, & de illo qui quod ipse legitime obtulit, revocat. *ibid.*

Can. 24. Ne publica pœnitentia junioribus indicetur, neque conjugatis etiam provectioribus. p. 185.

Can. 28. De operis die etiam Dominico permissis vel prohibitis, *ibid.*

Aurelianense Concilium V.

Alterum Aurelianense Concilium V. anni 549. p. 185.

Can. 1. Damnantur hæreses Nestorianorum & Eutychianorum. *ibid.*

Can. 2. Ne quisquam ob leves caussas a communione suspendatur. *ibid.*

Can. 4. Invitæ plebi non esse Episcopum præficiendum. Cælestinus Papa epist. ad Episcopos Provinciæ Viennensis & Narbonensis art. 5. Nullus (inquit) invitis detur Episcopus: Cleri, plebis, Ordinis consensus ac desiderium requiratur. p. 186.

Can. 12. Nulli Episcopo viventi alius superponatur nisi juste dejecto. *ibid.*

Can. 13. Nullus oblata Ecclesiæ subtrahere, retinere aut distrahere præsumat. *ibid.*

Vide Aurel. Concil. III. can. 22.

Can. 19. De puellis, quæ sive sponte sua Monasteria expetunt, sive a parentibus offeruntur, si Monasterium sit perpetuæ clausuræ addictum, anno uno in ipsa, in qua intraverunt, veste permaneant. Sed si perpetuæ clausuræ legibus non sit astrictum, vestem, in qua ingressæ sunt, triennium deferant. Postea vero illa deposita vestem induant religiosam. Sed si postea sacra relinquunt loca, aut si in propriis ædibus sumptam religiosam vestem subjaceant excommunicationi, donec ad officium & pœnitentiam redeant. *ibid.*

Can. 20. De reis in carceribus ob culpam detentis ab Archidiaconis, vel ab Ecclesiæ Præpositis singulis diebus Dominicis requirendis & misericorditer sublevandis. *ibid.*

Can. 22. Ut necessaria egentibus maxime infirmis aut leprosis ministrentur. *ibid.*

Aurelianense Concilium, an. 1017.

Alterum Aurelianense Concilium an. 1017. sub Roberto Rege celebratum ad extirpandos impios errores, quos Itala quædam muliercula præstigiatrix invexerat. Præcipui hujus sectæ erant aulici quidam Ecclesiastici ab ea seducti in aula conspicui, sapientiæ fama celebres, quos inter celebratur Stephanus Heribertus, qui erat Reginæ Constantiæ a confessionibus. Secta hæc vere execrabilis diu in occulto latuerat. Sed postquam percrebuit, Rex & Regina omnem adhibuere operam ut extingueretur. Traditi quippe impii sectarii a Prælatis brachio sæculari fuerant. Regina Constantia, quæ a primo diluculo usque ad vesperam in Concilio Regi assederat in examinandis reis atque condemnandis, curam gessit, ut sententia executioni mandaretur, & convicto sed infatuato, & pertinaci Heriberto infixo, quod manu gerebat, baculo oculum confodit. Duodecim rei pallis alligati vivi cremati sunt simul cum Heriberto immaniter vociferantes inter flammas, qui tamen dementati crediderant nullatenus sibi flammas nocituras. Quidam illorum æternæ saluti consulentes flammas conati sunt amoliri, sed violentia ignis reique impossibilitate repulsi sunt. p. 265. & seq.

Aurelianus.

Aurelianus Imperator Christianos insectatur, victam Zenobiam in triumphum ducit, Romanæ civitatis pomærium ad quinquaginta milliaria amplificat, p. 43. n. 24.

Auctoritas.

Auctoritas Summi Pontificis, p. 96. n. 8. pag. 351. 352. Insuper 89. n. 8. & seq.

B

Babyla.

Babylæ Antiocheni Episcopi & sub Decio persecutore Martyris reliquiis allatis, dæmonis oraculum apud Daphnen conticescit, p. 60. n. 25.

Michael Balbus.

Michael Balbus, ejusque filius in Imperii Græcanici consortium vocatus Theophilus, ambo iconomachi, Legatos ad Ludovicum Pium Occidentis Imperatorem Regemque Franciæ miserunt, ut communi studio Romanum Pontificum Eugenium secundum ad reprobandum Synodum VII. induxerunt, quam *Chnbassutii, Notitia Ecclesiastica.* dudum Franci in Concilio Francofordiensi sub Carolo Magno reprobarant. Franci quidem in eo tunc errore versabantur, nullatenus esse colendas pias Imagines, sed tamen ad historicam notitiam, & piam excitandam memoriam, esse habendas & conservandas. At Græci eorum temporum, nec habendas, nec colendas, sed prorsus exterminandas. Synodus autem VII. quam Romana complectebatur Ecclesia, & servandas, & colendas esse, modo ne latriæ cultu. Franci in id unum conspirantes, ne cultus ullus imaginibus adhiberetur, Legatos Romam miserunt Jeremiam Archiepiscopum Senonensem, & Jonam Episcopum Aurelianensem, cujus etiam nunc superfunt libri venerationem omnem Imaginibus abrogantes, una cum Græcorum Legatis: quibus auditis, Synodus VII. iterum Romæ approbata est, cum Imaginum pio cultu, p. 386. n. 7

Balduinus.

Balduinus primus ex Latinis Byzantinus Imperator dum Joannem aliis dictum Joanninum Bulgarorum Regem simulantem fugam persequitur, in præparatas insidias cadit: captusque in carcere necatur. Cui successit ejus frater Henricus in Imperium, aliique ordine successores Latini, donec Græcorum proditione Michael Paleologus Constantinopolim invadit, indeque Græcorum Imperator Balduinus clam evasit urbe, p. 296. n. 13.

Baptismus.

Baptismi formam ac verba Parochi debent obstetrices, ipsamque plebem vernacula lingua singulis diebus Dominicis docere, ne infantes recens editi, de temporali vita periclitantes frustrentur æterna salute, p. 319. can. 1.

Baptizandi proxime catechumeni qui competentes dicebantur, nomen suum dabant ut catechizarentur, & interim abstinentia carnium & vini crebraque manuum impositione ad Baptismum præparabantur, p. 121. n. 22.

Baptismi ceremoniæ præsentes olim quoque usitatæ quibus tamen aliæ adjungebantur, quæ jampridem exoleverunt. Extra urgens periculum non nisi Sabbatis Paschæ & Pentecostes baptizare licebat. Denudabantur baptizandi viri a Clericis, fœminæ a Diaconissis, toto deinde corpore quasi athletæ perungebantur oleo. Sed ante ista præmittebatur totius vitæ confessio, ut ex Tertulliano & Gregorio Nazianzeno liquet. Ritus olim maxime communis erat triplex immersio, utpote conformior Christi sepulturæ & resurrectioni. Infusio autem non fiebat nisi ægrotis. Exhibebatur recens baptizatis mellis & lactis degustatio, ut docent Tertullianus & Hieronymus. Alicubi etiam baptizator linteo præcinctus baptizandorum pedes abluebat. Sæpenumero baptizatus chismate confirmabatur & Eucharistia reficiebatur, triaque sumebat Sacramenta p. 16. 17. seq.

Si desint certissimi testes, qui affirment de Baptismo infantis, statutum erat ut absolute baptizaretur, p. 124. n. 3.

Baptismus est janua Ecclesiæ & Sacramentorum, p. 17. n. 1.

De Baptismo hæreticorum graves olim controversiæ. Illum Afri Tertullianus, Agripinus, Cyprianus & vetustiora Concilia reprobarunt. Item Dionysius Alexandrinus & Firmilianus Cæsareensis in Cappadocia, sed Stephanus Papa ratum esse voluit: post cujus decretum mirum est a sancto Athanasio & Basilio fuisse adhuc rejectum, p. 45. & seq.

Baptismum Catharorum seu Novatianorum admisit Synodus Nicæna, sed Paulianistarum rejecit, p. 46. n. 6.

Qui Baptismum in tempus ægritudinis distulerant, irregulares erant, & a Sacerdotio arcebantur, p. 65. n. 5.

Baptismus aquæ cum invocatione trium divinarum Personarum collatus a non baprizato, puta Judæo vel Pagano, modo intendat baptismum Ecclesiæ conferre, ratus est & validus, p. 46. n. 10.

Baptismum extra Ecclesiam citra periculum mortis Presbyter conferre prohibetur, p. 437. 438.

Ad Baptismum susceptores chrismate non confirmati non admittendi, neque minores annis 14. neque quisquam regularis, neque Clericus in sacris constitutus, neque possidens beneficium, p. 438.

Baptismus Græcorum quibus verbis perficiatur, p. 122.

Baptismus Constantini Magni ubi & a quo collatus, pag. 84. num. 2.

Baptismus parvulorum in Ecclesia veteri receptus quamvis repugnante Tertulliano, p. 17. n. 4.

Baptismus per omnes Hispaniarum Ecclesias unica immersione perficiebatur, quamvis alibi triplex fieret, p. 200. n. 4.

Baptisterium.

Baptisteria olim extra Ecclesiam constituebantur, pag. 28. num. 18.

In Baptisteriis columbæ argenteæ suspensæ erant continentes Eucharistiam ad communionem baptizatorum, quales Severus Antiocheus Episcopus & hæreticus sacrilege abstulerat, p. 27. num. 15.

Barcochebas.

Barcochebas rebellantium Judæorum Dux, p. 12. n. 6.

Bardas.

Bardas homo nequissimus ambitione imperandi sororem suam Theodoram Michaelis Porphyrogeniti Imperatoris matrem, quæ filium suum luxuriis & crapulæ mancipatum ad meliorem frugem reducere conabatur, protrudit in Monasterium. Ignatium etiam Patriarcham sibi, propter incorruptam virtutem, invisum, Patriarchatu dimovet: eique Photium moribus perversissimum hominem subrogat. Imperiumque per superbiam & rapacitatem administrat. Sed tandem Bardas jussu Michaelis occiditur a Basilio Macedone, quem Michael Augustum